

Band IV., Nr. A1, Seite A6-A15

Codex maior traditionum Weingartensium: 1. Der Traditionskodex

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe. (2. Hälfte 13. Jh.).

In¹ nomine sancte et individue trinitatis. Cum secundum ewangelice promissionis fidem universos, qui suarum possessionum in hoc seculo deum cum sanctis suis heredem fecere, in futuro coheredes Christi pie et indubitanter confidamus eorumque nomina in libro vite conscripta esse non ambigamus, nos quoque gratia transmittende ad posteros memorie eadem cum possessionibus hic subnotare dignum existimavimus, eorum videlicet, qui huius Altorfensis cenobii primi fundatores exstiterunt sive qui deinceps ad ipsum locum predia sua pro remedio animarum suarum ad supplementum deo inibi servientium contulerunt.
 Igitur mater sancti Cŕnradi, Constantiensis episcopi, pie memorie, nomine Ata, istius ecclesie primum quasi ponens fundamentum tribuit eidem ecclesiam in villa Altorfensi sitam cum omnibus decimis ad eam pertinentibus insuper et terram salicam. Deinde filius eius Rödolfus comes et uxor eius Ita tribuerunt villas Frenchenbach, Bŕ gen², specialiter vero pro anima filii sui Heinrici Minegoltesowa³. Postea filius eorum Welf comes et uxor eius Imiza dederunt Bochingin⁴, Watertingin⁵, Opelshoven, Hadeprehteshoven⁶, Gambach, Ingunrŕti et aliquam partem ville que dicitur Hagenowa. Post hec filius eorum dux Carinthiorum Welf universum predium suum fidelitati duorum fratrum militum suorum, Reginhardi scilicet de Vrsinun⁷ et Tieterici, delegavit iuramento esos obligans, ut post mortem ipisus commissum sibi predium Altorfensi ecclesie sollempni donatione firmarent. Sed mater filio superstes, ad quam tota hereditas iure gentium⁸

¹Der Anfangsbuchstabe I hat die Gestalt eines in die Länge gezogenen Vogels.

²Niederbiegen, Baienfurt, RV.

³Heute Wickenhaus, Baidt, RV.

⁴Vielleicht Bechingen, Riedlingen, BC.

⁵Wassertreter, Ravensburg, RV, A, oder auch Watterdingen, Tengen, KN.

⁶Wohl Albertshofen, Ravensburg, RV, oder vielleicht Harbatshofen, Stiefenhofen, LI.

⁷Irsee, OAL.

⁸Mit Rücksicht darauf, dass in der lex Alamannorum, deren erbrechtliche Bestimmungen in diesem Falle hätten Platz greifen müssen, ein Erbrecht der Aszendenten überhaupt und so insbesondere der Mutter nirgends allgemein erwähnt wird, vielmehr nur ein spezieller Fall väterlichen Erbrechts zur Sprache kommt (Kap. 95), soll der Ausdruck *iure gentium* wohl eine allgemeine deutsche Rechtsbildung bezeichnen, doch herrschten gerade hinsichtlich des Erbrechts der Aszendenten in den Volksrechten ver-

II

pertinuit, huiusmodi traditionem quippe se adhuc vivente neque in hac consentiente irritam fore convicit. Dederat autem iam pridem ipsi filio seorsum in proprium ius ex eodem predio segregatos triginta mansos, ex quibus viginti duo predictae ecclesie pro anima eiusdem delgavit, reliquis VIII per diversas ecclesias itidem pro eius requie distributis. In quos videlicet viginti duos mansos suppinata sunt hec loca: Lancrein⁹, Luterbrunnen¹⁰, Gulenwilare¹¹, Fridehardeswilare¹², Azelunwilare, Heiligunböchun¹³, Crotebach¹⁴, Hetinishouen¹⁵.
Diepoldus presbiter loci istius, quondam prepositus, dedit locum qui dicitur Vlen¹⁶ cum omnibus ad eum pertinentibus.
Quedam mulier bone memorie nomine Bezela dedit Sconenberg.
Anno ab incarnatione domini M^o.LXXX^o.III^o., indictione VI., III. kalendas Iunii¹⁷, quedam nobilis matrona Gisila nomine de Hezilescella¹⁸ sollempni donatione, ut mos est, in proprietatem tradidit huic Altorfensi ecclesie sancti Martini predium a suis progenitoribus speciali et hereditario iure ad se transmissum, Hicinchoven¹⁹ nuncupatum, ultra Danubium in pede Alpium situm, videlicet cum omnibus appenditiis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et redivisibus, terris cultis et incultis aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis et copia lignorum et omni utilitate que inde provenire poterit pro remedio anime sue et Walichfridi mariti sui nullo contradicente, coram hiis testibus: Gwelfone duce, Hecilone Augustensi advocato, Rv̄perto Altorfensi advocato et aliis quam pluribus.
Pernhardus

schiedene Systeme (vgl. HEINRICH ZÖPFL: Deutsche Rechtsgeschichte, 3 Bde., Braunschweig 1871-1872, § 114a). - Erbe der welfischen Güter wurde der von Imiza aus Italien herbeigerufene Enkel derselben Welf IV. (I.), Sohn ihrer Tochter Kunigunde und des Markgrafen Azzo II. aus dem Geschlechte der Este.

⁹Lancrein, heute Füglesmühle, Waldburg, RV.

¹⁰Wahrscheinlich das 1376 erwähnte Lutrabrunnen, das vielleicht mit dem heutigen Rößler, Grünkraut, RV, oder mit Rößler, Schlier, RV, identifiziert werden könnte (vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 7, S. 689, 693). Abgelehnt wurde jedoch die frühere Deutung als Lauterbrunn, Heretsried, A (vgl. z.B. Urkunde Nr. 317, WUB, Bd. II, S. 19-26).

¹¹Gullen, Grünkraut, RV.

¹²Wahrscheinlich Frieden, Grünkraut, RV.

¹³Vielleicht Buch, Bodnegg, RV.

¹⁴Groppach, Grünkraut, RV.

¹⁵Ettishofen, Berg, RV.

¹⁶Heute Felz, Ravensburg, RV.

¹⁷Mai 30.

¹⁸Hezilescella, unermittelt, aber nach FRANZ LUDWIG BAUMANN: Geschichte des Allgäus, 4 Bde., Kempten 1883-1938. [ND Aalen 1971-73], S. 506, vielleicht auch eine irriige Angabe des Schreibers für Herileszella, also Hirschzell, Kaufbeuren, KF.

¹⁹Hitzkofen, Bingen, SIG.

III

et uxor eius Elizabeth et Adelgoz filius eorum dederunt mansum unum ad Dvrinchein²⁰ et dimidium ad Vrsingin²¹, pro anima autem filii sui Wernheri dederunt mansum unum ad Gundoltesrui²², pro quo conmutatus locus qui dicitur Azeluntwilare, unde XXX^a sicli veniunt, ex quibus decem pro luminaribus ad
 capellam sancti Nycolai deputati sunt, reliqui XX ad impendendam caritatem fratribus in anniversario eius. Soror vero eiusdem Wernheri Reginlint dedit dimidium mansum ad Gvndoltesrviti, ex quo in festo sancti Ódalrici caritas fratribus itidem exhibenda est. Pro anima Lvdevici de Kepfingin datus est dimidius mansus ad Openruti.
 Aliwich et Susanna uxor eius dederunt dimidium mansum ad Bovngartin.
 Gebezo laicus dedit locum qui vocatur Eschinmos²³.
 Dieto et Tvtycha uxor eius unum mansum in loco qui dicitur Baldoltesbeerge²⁴, quo
 mutatum est Chrümoldesbach²⁵, constituentes, ut singulis annis in octava sancti Martini fratribus inde exhibeatur.
 Irmindegin, filius Marquardi, dedit unum mansum ad Chirichdorf et molendinum unum.
 Sigiboto de Aligedorf²⁶ dedit terciam partem mansi ad Stegen.
 Herimannus item de Aligedorf et Hicela uxor eius dederunt duos mansos in eodem loco.
 Heinrichus de Bröion²⁷ dedit terciam partem mansi.
 Nibilunc et uxor eius Imiza dederunt unum mansum ad Chrotebach.
 Wecil et filius eius Liutoldus dederunt mansum unum ad Ringwilare, quo mutatus est alius mansus in Emilinwilare²⁸.
 Röpertus de Dorenbörron dedit predium quod ibidem habuit.
 Sigiboto dedit mansum unum ad Gebezenhūs²⁹.
 Otto et^a uxor eius Digna dedit terciam partem mansi ad Altorf.
 Chönza soror Heinrichi dedit mansum unum ad Tietenwilare.
 Anno ab incarnatione domini M^o. XC^o. IIII^o., indictione secunda, IIII. idus Marcii, dux Gewelfo eiusque nobilissima uxor Iudita pro remedio animarum suarum ecclesie sancti Martini, que hic apud Altorf sita est, concessu filiorum suorum Gwelfonis et Heinrichi thesaurum et predia que hic subnotantur in proprietatem

^aHier steht durch Versehen *et* doppelt.

²⁰Türkheim, Türkheim, MN.

²¹Irsingen, Türkheim, MN.

²²Gunatsreute, Fronreute, RV.

²³Meuschenmoos, Grünkraut, RV.

²⁴Baltersberg, Bodnegg, RV.

²⁵Krummensbach, Wolpertschwende, RV, A.

²⁶Aulendorf, Aulendorf, RV.

²⁷Briach, Baienfurt, RV.

²⁸Emmelweiler, Grünkraut, RV. Sowohl eine spätere im Kloster gefertigte Abschrift des Codex aus dem 17. Jahrhundert als auch der Verfasser des genannten Repertoriums lesen ganz unrichtig *Simlinswiler*.

²⁹Gaishaus, Wolfegg, RV.

IV

at[t]ribuerunt³⁰. Dederunt videlicet ecclesiam de Berga cum omnibus ad illam pertinentibus, Kepfingin, Parinrieth³¹, Stallinunrieth³², Obersulgen et de silva que dicitur Forst ad necessarium ignem et ad edificia et ad victum porcorum quantum sufficiat, Rammungen³³, quod quidam Fridericus legaliter ei dederat, et mansum cuiusdam Rvdolfi iuxta Breitenwanch et alium mansum apud Malles, et allodium, quod quidam Bertoldus ei appropriaverat in Venusta Valle³⁴ et in Longobardia, et quendam servientem suum Aalperonem cum predio suo. Proinde hunc thesaurum obtulerunt: scilicet unum maius scrinium et aliud minus cum reliquiis sanctorum et alia duo preciosissima scrinia in auro et artificio, tria plenaria cum uno textu ewangelii, tria altaria et quatuor calices deauratos et duos aureos, duas tabulas deauratas et duas cruces preciosissimas in auro et lapidibus, tres minores cruces cum aliis adhuc minoribus et tria argentea candelabra quam preciosa ac ponderosa, duas pallas cum aurifrigio, terciam sine aurifrigio, novem dorsalia cum decimo quam maximo in longitudine, tres casulas quam preciosas optimo aurifrigio et alias duas, quinque cappas aurifrigio artificiose ornatas et aliam, tres dalmaticas cum aurifrigis et duo subtilia, unum phanonem auro et lapidibus compositum cum alio magno ornatu. Idem eciam Gwelfo dux dederat iam pridem aliquantum predii ad Imminstade, pro hoc sibi retento loco qui dicitur Bochingin. Mutaverat quoque locum qui dicitur Watertingin villulis Stanibach³⁵, Böchse et Röti³⁶.
Quidam sacerdos nomine Bernhardus pro remedio anime suorumque parentum consensu domini sui ducis Gwelfonis filiorumque eius Gwelf et Heinrici predium suum Vrsingin nuncupatum situm in pago Owesgowe capelle sancte Marie Altorf absque omni contradictione in proprietatem tradidit videlicet cum omnibus appendiciis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et redditibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis et omni utilitate que inde provenire potest vel poterit.
Reinolt dedit predium quod habuit ad Sigibrehtisrvti eo pacto, ut ab heredibus eius pro censu duo sicli annuatim

³⁰Zu der Stelle vgl. Urkunde Nr. 254 (WUB, Bd. I, S. 302-303), woselbst nach einem Weingartener Evangelienbuch und dem Codex minor ein anderer, mit Obigem meistens wörtlich übereinstimmender Auszug der Urkunde abgedruckt ist und, was die Zeitangabe (III. idus Marcii = 12. März) betrifft, darauf hingewiesen wird, dass die genannte Judith am 5. März 1094 starb. Das Datum passt somit nicht ganz, möglich dass *kalendas* statt *idus* stehen sollte, in welchem Falle die Schenkung in die letzten Lebenstage Judiths fiel.

³¹Bannried, Waldburg, RV.

³²Hübschenberg, Tettngang, FN.

³³Ober- bzw. Unterrammungen, Rammingen, MN.

³⁴Der Vinschgau.

³⁵

³⁶Vielleicht Reute, Markdorf, FN.

ex eo persolvantur.
 Fricco et Özo dederunt unum mansum ad Riethusen.
 Reginbolt et frater eius dederunt unum mansum ad Eichach.
 Manegot et frater eius Walger dederunt prediolum ad Ohsconeback³⁷.
 Özo dedit dimidium mansum et scöpoz ad Wanpoldeswilare³⁸.
 Wolfgang dedit prediolum quod habuit ad Bûbenhouen³⁹.
 Bero et filie eius Lunza et Tvtycha dederunt predium ad Horrwen⁴⁰.
 Opreth et Lunza in locis que dicuntur Bvgen, Ulen, Chenulunberch⁴¹, dederunt aliquot agros qui taxantur ad terciam partem mansi eo pacto, ut omni anno pridie ante festum sancti Nicolay memoria omnium parentum eorum agatur.
 Raboto dedit vineam in loco qui dicitur Melances⁴² et est in Recia Curiensi.
 Heinrichus, frater Irmindegens, dedit vineam in loco qui dicitur Trisim in eodem pago. Dedit eciam prediolum in locis que dicuntur Harengarten et Strubichach⁴³, ex quo annuatim X sicli pro luminaribus ad sanctam crucem persolvuntur.
 Piligrin de Burron⁴⁴ dedit partem ad Scammares⁴⁵.
 Röpertus de Otolueswanch dedit predium quod habuit ad Rödoluesrieth⁴⁶. Pro cuius anima datus est dimidius mansus ad Fronruti⁴⁷.
 Cûno de Sigbrandesberg⁴⁸ dedit predium quod habuit ad Enzenrieth⁴⁹.
 Bernhart et uxor Adelheit de Alegedorf dederunt predium a Gerrichishûs⁵⁰.
 Razil dedit V agros ad Riethusen. Ozi de Dornburron dedit prediolum quod habuit in eodem loco.
 Hermannus dives, serviens H(einrici), fratris Gwelfonis ducis, cum uxore Liutgarda pro remedio anime sue filiique sui H. nec non et parentum suorum deo sanctoque Martino tradidit duos mansos in locis que dicuntur Baldericheswilare⁵¹, Wisericheswilare⁵², Dietmundeswilare, et

³⁷Vielleicht Schönebach, Ziemetshausen, A, oder aber ein abgegangenes Ochsenbach unbekannter Lage.

³⁸Vielleicht Wattenweiler, Ingoldingen, BC.

³⁹Bubenhofen, unermittelt und wohl kaum Bubenhofen, Rosenfeld, BL, W.

⁴⁰Horb, Berg, RV.

⁴¹Knellensberg, Meckenbeuren, FN

⁴²Malans, Kt. Graubünden, Schweiz.

⁴³Strauben, Ravensburg, RV, A.

⁴⁴Möglicherweise Edelbeuren, Erolzheim, BC, oder auch Moosbeuren, Obertstadion, UL, die beide in der Nähe des folgenden Orts liegen, oder eines der anderen Beuren der Gegend.

⁴⁵Langenschemmern, Schemmerhofen, BC.

⁴⁶Ober- bzw. Unterrussenried, Neukrich, FN.

⁴⁷Fronreutehof, Fronreute, RV.

⁴⁸Seibranz, Bad Wurzach, RV.

⁴⁹Zinzen- oder Sinzenried, Flurname zwischen Wengenreute, Bad Wurzach, RV, und Seibranz, Bad Wurzach, RV.

⁵⁰*Gerrichishus*, Görrishaus ist heute noch Name eines Waldes zwischen Vorsee und dem abgegangenen Göringen, Wolpertschwende, RV.

⁵¹Baldensweiler, Tettang, RV.

⁵²Wiesertsweiler, Tettang, FN.

sunt in pago Aringöensi, et in Bavuoria ad Waltenhouen tres mansos, eo pacto, ut memoria filii sui sicut unius fratrum celebris habeatur.
 Heinrichus, filius Heinrichi de Bröion, dedit capellam in eodem loco et dimidium mansum et decimas ad Sumeren⁵³.
 Werinherius, servien[s] Gwelfonis^b, dedit predium quod habuit ad Boungartunt⁵⁴ et in Vinsgowe in loco qui dicitur Selis⁵⁵ concessu eiusdem domini sui.
 Pro anima Epponis datus est mansus unus ad Ancinwilare⁵⁶. Cuius uxor Richgart dedit predium quod habuit ad Hailbrehtesrieth⁵⁷ et est in pago Owesgowe.
 Eberhardus dedit premium ad Richpoldeshoven.
 Gwelfo dux Noricorum, ducis Gwelfonis filius, ipso patre presente et consentiente tribuit in potestatem seu proprietatem huic Altorfensi ecclesie sancti Martini ecclesiam que est in Böchorn a comite Ottone sibi legaliter traditam cum omnibus ad eam pertinentibus et istarum ecclesiarum decimis, que se contingerant, Welnhusen, Gilistin, Mersgisilingin, Argun⁵⁸, Ueltkilchun, Scieres et villis Mechinbÿrron, Wakirshusen, obtentu videlicet ibidem instituende iuxta loci facultatem servitutis divine.
 Preterea hec predia empta sunt de rebus monasterii: Dornburron a quodam clerico Brunone nomine et a Heinricho eius cognato de Ebinwilare, Aschaha et pars de Rihpoldeshouen a quodam Adalberone et Adellinda uxore eius, Röpprehtesbrugge a quodam Anshelmo et Ueltmos, quod Wernherus de Kilichhein⁵⁹ fidei sue delegatum Ulme in conspectu H. regis⁶⁰ rogatu eiusdem Anshelmi sancto Martino ad Altorf contradidit. Item Tagebrehteswillare⁶¹ a quibusdam fratribus Eberhardo, Swigero, Adelberto, Wernhero. Insuper quidam Woluene de Constantia consensu uxoris et filiorum suorum prediolum suum ad Ruti⁶² nobis inpigneravit hoc pacto, ut si quis heredum eius illud recipere voluerit, decem talentis a nobis redimat.
 Anno incarnationis domini millesimo centesimo nono⁶³ Gwelfo dux in peregrinatione defunctus

^bIm Original steht *Gwelconis*.

⁵³Sehr wahrscheinlich Sommers, Wangen im Allgäu, RV.

⁵⁴Vielleicht Baumgarten, ein Hof im südtirolischen Vöran (Verano).

⁵⁵Schleiss, Mals, Trentino-Südtirol, Italien.

⁵⁶Nicht sicher, ob hier Enzisweiler, Tettngang, FN, gemeint sein könnte.

⁵⁷Vielleicht ein abgegangenes Albachried, Gessertshausen, A; vgl. ANTON STEICHELE (HRSG.): Das Bistum Augsburg, historisch und statistisch, 9 Bde. [Bd. 1 nicht erschienen], Augsburg 1861-1939, Bd. 2, S. 110.

⁵⁸Langenargen, Langenargen, RV.

⁵⁹Kirchen, Ehingen (Donau), UL.

⁶⁰Ohne Zweifel Heinrichs V., dessen Anwesenheit zu Ulm sonst übrigens nicht erwähnt wird.

⁶¹Dabetsweiler, Wangen im Allgäu, RV.

⁶²Vielleicht Reute, Markdorf, FN.

⁶³Sollte heißen 1101, indem Herzog Welf IV. den 8. oder 9. November 1101 auf seinem Kreuzzug zu Paphos auf Cypren verschied.

et a quodam cui nomen Christianus defunctionis sue anno VIII. reportatus est. Quem filius suus Gwelfo dux in hoc Altorfensi monasterio multis honestis personis presentibus honorifice tumulavit et in ipsa tumulationis hora pro anima sua patrisque et parentum huic ecclesie in proprietatem tradidit hec loca: Steptheim⁶⁴, Stadelen⁶⁵, Hicelineswillare⁶⁶, Nidingeswillare⁶⁷ cum omnibus appendiciis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, edificiis, exitibus et redditibus, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis et omni utilitate que inde
 provenire poterit et lucum qui dicitur Winthage et dimidietatem capelle que est in suburbio Rauensburcg. Ab eodem quoque duce Gwelfone emimus partem, quam habuit in vico qui dicitur Hagenowa. Item ab eodem^c duobus candelabris preciosissimis et viginti sex talentis dimidietatem loci qui dicitur Owa⁶⁸ comparavimus, cuius alteram partem a fratre eius H(einrico) duobus mansis qui sunt Alegendorf mutavimus. Ipse autem a nobis predium quod habuimus in loco qui dicitur Maturnes⁶⁹ et est in pago Vinsgowe mutavit eo quod habuit ad Walthusen⁷⁰ et Nazzaha.
 Medietatem Dornidorf⁷¹ dedit quidam Marquardus monachus apud nos factus.
 Partem predii ad Onginishösen⁷² dedit Bernhardus de Porta⁷³.
 Partem aliam emit ab eo Marquardus monachus et cameraarius.
 In pago Rischinowa⁷⁴ dedit quidam Gerboldus Cecus predium a Möthartishouen, cuius nepotes Dietmarus et Heinricus in eadem villa dederunt prediola sua.
 C̄vnradius Cecus dedit predium ad Liutinbach⁷⁵.
 Dietricus frater eius dedit predium ad Inginrutin.
 Mengingoz quidam dedit predium ad Chöunigunderieth⁷⁶.
 Predium ad Mammingin dederunt hii: Rödolfus, Heinricus, Marquardus et Adelpertus monachi.
 Geb-

^cDie Worte *ab eodem* sind aus Versehen doppelt gesetzt, aber unterpunktirt und durchstrichen.

⁶⁴Wohl als Steppach, Amtzell, RV.

⁶⁵Stadels, Amtzell, RV.

⁶⁶Vielleicht Hittisweiler, Bad Waldsee, RV, oder auch Hetzisweiler, Eberhardzell, BC.

⁶⁷*Nidingeswillare*, unermittelt.

⁶⁸Eyb, Fronreute, RV.

⁶⁹Naturns, Trentino-Südtirol, Italien.

⁷⁰Oberwaldhausen, Horgenzell, RV, bzw. Unterwaldhausen, Ravensburg, RV.

⁷¹Derndorf, Kirchheim in Schwaben, MN.

⁷²Engishausen, Egg an der Günz, MN.

⁷³Hier ist wohl die Augsburger Patrizierfamilie der Portner gemeint.

⁷⁴Reischenaugau oder einfach die Reischenau; vgl. ANTON STEICHELE (HRSG.): Das Bistum Augsburg, historisch und statistisch, 9 Bde. [Bd. 1 nicht erschienen], Augsburg 1861-1939, Bd. 2, S. 3.

⁷⁵Als Litzelbach, Boms, RV, vermutet.

⁷⁶Köngetried, Apfeltrach, MN.

VIII

zo de Rauenesburch dedit predium ad Harde⁷⁷, cuius pater Hermannus dedit Ailingin⁷⁸. Liutgart filia eius dedit Wacilinisrvti⁷⁹. Pro anima matris ipsius scilicet Liugardis datum est prediolum ad Hōbechunbere⁸⁰.
 Hermannus dedit predium ad Hegebach⁸¹.
 Heinricus dedit predium ad Schuzzin⁸², quod ipsum postea redemit ab eius heredibus Marquardus camerarius LXXX talentis et IIII^{OT} solidis.
 Predium ad Zunberch⁸³ dedit Chv̄nradus monachus et Goteboldus frater eius.
 Heinricus dux Saxonum dedit duos mansos ad Altorf, ad Gozinrieth⁸⁴, ad Glaron⁸⁵, ad Goringin, et decimationes in Spiezisberch. Frater eius Gwelfo dedit predium in Schachin⁸⁶.
 Guntrammus de Adilsruti dedit predium ad Bafindorf de Eberhardo monacho filio fratris sui.
 Rōdolfus de Smalunekke dedit predium pro Eppone patre suo ad Tencinwillare. Huius uxor Tv̄ta dedit predium pro anima ipsius ad Liebinruti et pro filia suscepta Harteratervti⁸⁷. Gerunch et Chv̄no filii eius postea monachi dederunt predium ad Ybach et ad Hunhaldun⁸⁸. Heinricus dux, pater Gwelfonis et H(einrici), dedit duos mansos ad Einode.
 Gerloch dedit predium ad Tietinwillare.
 Hermannus cognatus eius dedit predium, quod habuit in eodem loco.
 Dieto dedit predium ad Nanthildewilare⁸⁹ et molendinum ad Matzin. Fridericus filius eius dedit duos mansos ad Altorf et unum ad Lōnse⁹⁰.
 Mengoz de Ruti⁹¹ dedit terciam partem ad Gundoltesruti⁹² pro anima fratris sui Ortolfi.
 Wernherius de Haselach⁹³ dedit dimidium mansum ad Richboldeshouen.
 Heinricus, dux Saxonum, dedit dimidium mansum ad Becilinisruti⁹⁴ pro anima Heinrichi sagit[t]arii.
 Hermannus Gnenuftinc postea monachus dedit terciam

⁷⁷Wahrscheinlich Argenhardt, Tettngang, FN.

⁷⁸Ober- bzw. Unterailingen, Friedrichshafen, FN.

⁷⁹Wetzisreute, Schlier, RV.

⁸⁰Hübschenberg, Tettngang, FN.

⁸¹Hepbach, Markdorf, FN.

⁸²Vielleicht gleichbedeutend mit Schussenried, also Bad Schussenried, Bad Schussenried, BC.

⁸³Zaumberg, Immenstadt im Allgäu, OA.

⁸⁴Gessenried, Schlier, RV.

⁸⁵Glaren, Vogt, RV, A.

⁸⁶Eher Schachen, Vogt, RV, A, als Schachen, Baintdt, RV.

⁸⁷Heute Kickach, Baienfurt, RV.

⁸⁸Einhalten, Horgenzell, RV.

⁸⁹Vielleicht Nehmetsweiler, Horgenzell, RV.

⁹⁰Lungsee, Grünkraut, RV.

⁹¹Vielleicht Reute, Wilhelmsdorf, RV.

⁹²Gunatsreute, Fronreute, RV.

⁹³Haslach, Wangen im Allgäu, RV.

⁹⁴Heute Wetzisreute, Schlier, RV.

partem ad Kerrunberch.
 Bertoldus de Fvrthe⁹⁵ dedit terciam partem ad Engecinisruti.
 Heinricus de Walpurch dedit mansum in eodem loco et tabernam ad Altorf et molendinum ad Etinishouen.
 Sigiboto postea conversus dedit predium quod habuit ad Liuberatewillare⁹⁶ et ad Wanboldeswillare⁹⁷.
 Bertha de Anckinruti⁹⁸ postea soror dedit terciam partem ad Vle⁹⁹.
 Burchardus monachus dedit terciam partem in eodem loco.
 Chönegunt pro filio suo Heinrico suscepto dedit dimidium mansum ad Sulze¹⁰⁰, pro quo conmutatus dimidius ad Tiufental¹⁰¹ iuxta Lancrein¹⁰². Item pro se ipsa dedit mansum unum ad Oberenwilare¹⁰³ et pro anima filii sui Rieger terciam partem a Tiezemannesberch¹⁰⁴.
 Waltherius de Walpurch dedit mansum ad Maierswillare¹⁰⁵.
 Richinza de Bröion¹⁰⁶ dedit predium a Strucinwillare¹⁰⁷.
 Hermannus de eodem loco dedit predium ad Engilliniswillare pro filia sororis sue suscepta. Heinricus pater huius dedit predium ad Strucinhouen¹⁰⁸.
 Heinricus monachus de Hunbrehtisruti¹⁰⁹ dedit predium ad Charebach cum decimatione.
 Opertus de Altorf dedit predium quod habuit Sumere¹¹⁰ pro filia suscepta.
 Chönradius de Bitengowe¹¹¹ dedit predium quod habuit ad Eroldehein¹¹² pro filia suscepta.
 Heinricus de Betelnruti¹¹³ dedit dimidium mansum ad Mitilnhou-

⁹⁵Wegen der Nähe zum darauffolgenden Ort wohl eher Furt, Bergatreute, RV, als Furt, Ravensburg, RV, oder Furt, Meckenbeuren, FN.

⁹⁶Lippertsweiler, herzogliche Domäne, Aulendorf, RV.

⁹⁷Vielleicht Wattenweiler, Ingoldingen, BC.

⁹⁸Ober- bzw. Unterankenreute, Schlier, RV.

⁹⁹Felz, Ravensburg, RV.

¹⁰⁰Im 19. Jh. Kleemeisterei, Weingarten, RV, A.

¹⁰¹Der Zusatz *iuxta Lancrein* weist auf das früher weingartische Boschental, Bodnegg, RV oder auch Tal, Bodnegg, RV, hin. Vielleicht kann aber auch an Ober- bzw. Untertiefental, Kiflegg, RV, gedacht werden.

¹⁰²Lankrein ist noch heute die Bezeichnung einer Waldgegend zwischen Blauensee, Widmannsbronn, Schafmaier und Appen in der Gemeinde Waldburg, RV.

¹⁰³Oberweiler, Ostrach, SIG, oder, wenn auch weniger sicher, Oberweiler, Ravensburg, RV.

¹⁰⁴Heute Vorderweißenried, Ravensburg, RV.

¹⁰⁵Marsweiler, Baintd, RV.

¹⁰⁶Briach, Baienfurt, RV.

¹⁰⁷Mehrfach als Ruzenweiler, Wangen im Allgäu, RV, gedeutet.

¹⁰⁸Vielleicht Straußhof, Rott, LL.

¹⁰⁹Hummertsried, Eberhardzell, RV.

¹¹⁰Sehr wahrscheinlich Sommers, Wangen im Allgäu, RV.

¹¹¹Peiting, Peiting, WM.

¹¹²Eratsrein, Schlier, RV.

¹¹³Bettenreute, Staatsdomäne, Fronreute, RV.

en¹¹⁴. Gerboldus dedit predium quod habuit ad Hadebrehteshoven¹¹⁵ pro filio suscepto.
 Ortoolfus monachus dedit dimidium mansum ad Eikkach¹¹⁶ et shūpboz et dimidium ad Hamminwillare¹¹⁷.
 Wernherus frater eius dedit mansum in eodem loco.
 Hermannus conversus dedit terciam partem ad Gerhardesberch.
 Wernherus marscalcus dedit predium quod habuit Höhela¹¹⁸ pro duobus filiis susceptis.
 Marquardus camerarius de rebus monasterii emit predia hec: sex mansos ad Vulgunstat et ecclesiam, ad Bonningin¹¹⁹ duos mansos, ad Ramminisbach¹²⁰ et ad Adelburgehübe¹²¹ duos mansos et decimationem ad Owe¹²².
 Dieto monachus de Rauinsburg dedit predium ad Bröil¹²³ et Lenginwillare.
 Fridericus et Gisela uxor eius dederunt duos mansos ad Herheresberge¹²⁴ pro duobus pueris susceptis.
 Riginhardus monachus dedit predium ad Steinnital.
 Rödolfus Stainegge dedit predium quod habuit ad Engilboldesberge.
 Heinricus monachus dedit predium quod habuit ad Stetin¹²⁵.
 Ödalricus et frater eius Dieto dederunt Wison¹²⁶.
 Villicus quidam Cotzo, Burchardus nomine, predium quod habuit in Beierfurt, unam videlicet scöpoz, sancto Martino dedit. Quod filii eiusdem iure censualitatis possident in festo beati Martini dando VI denarios.
 Chvnradius de Smalunegge dedit predium in Haldun¹²⁷.
 Burchardus de Hermindsdorf¹²⁸ dedit predium in Haimminwilare.
 Eberhardus dapifer de Walpurch, pater venerabilis Eberhardi Constanciensis episcopi, dedit pro anima uxoris sue Adelheidis dimidiam partem in Benzenhoven.
 Cvnradius dux, cui successit illustris Phillipus frater eius, qui pro requie fratrum et sui contulerunt huic monasterio annuente benivolentia ministerialium totale predium in Berrengartesruti, id est ecclesiam, curtes cum suis appendiciis et non modicam familiam.

¹¹⁴Mittelhofen, Stiefenhofen, LI, wenn nicht vielleicht nach Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 29 (1877), S. 111, ein abgegangener Ort zwischen Gornhofen, Ravensburg, RV, und Oberhofen, Ravensburg, RV.

¹¹⁵Wohl Albertshofen, Ravensburg, RV, oder vielleicht Harbatshofen, Stiefenhofen, LI.

¹¹⁶Aichach, Berg, RV.

¹¹⁷Heute Spiegler, Aulendorf, RV.

¹¹⁸Hühlen, Altshausen, RV.

¹¹⁹Binningen, Baienfurt, RV.

¹²⁰*Ramminisbach*, der frühere Name von Hartmann und Wurzenmaier, Berg, RV.

¹²¹Vielleicht Goldehub, Berg, RV, oder auch Adelmühle, Horgenzell, RV.

¹²²Eyb, Fronreute, RV.

¹²³Wahrscheinlich eher Brühl, Berg, RV, W, als Briel, Ravensburg, RV.

¹²⁴Hörensberg, Dietmannsried, OA.

¹²⁵Stetten, Engen, KN.

¹²⁶Halden, Amtzell, RV.

¹²⁷Vielleicht Wiesen, Wangen im Allgäu, RV.

¹²⁸Helmsdorf, Immenstaad am Bodensee, FN, W.

Cv̄nradus nobilis de Husskilche contulit huic ecclesie sancti Martini in Altorf omne predium quod habuit ibidem, id est ecclesiam cum ap[p]endiciis suis, agros cultos et^d incultos, prata, nemora, lacus et preterea alias curtes, Clewis, Wilar¹²⁹, nec non quosdam clientes et utriusque sexus non modicam familiam et quorundam hominum suorum feōda contulit.
 Iohannes de Lewental, postea frater ordinis Predicatorum, dedit nobis predium in Craginberch^e. Anno domini M^o. CC. LXX^o minus uno ego Salomon, notarius domini mei abbatis Her. et rector ecclesie in Altorf, emi proprietates huic monasterio pro LIIII^{or} marcis.
 Filius F. Galstrarii dedit nobis bonum valens XVI marcas. Item Bv̄hlaer emit nobis bona hic in civitate valentia VI marcas. Item Cellensis et Crumpain emerunt nobis decimam pro Beggone valentem XII libras.
 Item dominus Ber. de Vronhoven dedit nobis bona solventia VII libras et X solidos.
 Anno domini M^o. CC^o. LXXVIII^o emimus domum lapideam ministri Brvnonis pro XXIII marcis. Item emimus pro domino Her. dicto Wildenman bona, videlicet Richlinsrv̄ thi, IIII^{or} bona pro XVIII marcis. Item dominus H. Indomitus dedit nobis curiam in Venchon valentem VIII marcas. Item dominus Her. Indomitus dedit nobis curiam in Kazhain valentem X marcas^f.
